


EXTEMPORANEA INTER-  
pretatio text. in fundum Cornelia-  
num 28. ff. de nouationibus, in acade-  
micocertamine, pro Cæsarea  
vespertinorum ca-  
thedra.

1229

Anno

1644.



NUNCUPATVR ILLVSTRIS. AT QVE  
Excellentis. Principi D. D. IOANNI CHVMACERO, &  
CARRILLO, in supremo Hispaniarum Se-  
natu, Praesidi desideratissimo.

AVTHORE D. D. JOSEPH NVÑEZ  
Zamora, Salmanticensis Curia perpetuo  
Consiliario.

SALMANT, APVD ROALES,  
UVA. BHSC. LEG 16-1- n°1229



D. FRANCISCI RAMOS DEL MANZANO I. C. PRIMARIE  
in Salmantinâ Schola iuriis Cæsarum antecessoris, sacriquè in  
causis fidei Senatus, Consultoris, censura.



ELEGANTE Cl. & Reu. D. D. Ludouico Venegas de Figueiroa, Consiliario Regio, & Scholæ nostra Cancellario, eruditam hanc Papiniani commendationem dictam primùm ex suggesta, & tempore, ab Academico candidato, & professore clarissimo D. D. Iosepho Nuñez de Zamora, & ab eo deinde prælo destinatam, legimus per libenter, ut quod de se ipso Ambrosius, censeremus, non solum auribus, sed etiam oculis. Et vero non mediocriter verendū fuit, ne non, laudibus auditionis, & plausibus, lecta eadem responderet, non tanti, qua porione plerisque maioris commendationis est audiri, quam legi, sed vel maxime, quia inter paucos hic noster, viua semper, & valentis energiæ in dicendo, præsentisq[ue] animi, & ingenij, nihil in hac dissertatione, cum è Cathedra profaretur, passus est otiosi esse; nihil, quod non sua acuminis, doctrina, & orationis virtute staret; nihil, in quo auditor, sine danno aliud ageret; & quod de Seuero olim Gallio apud Senecam, cum dicebat, rerum potiretur, nemoque non, illo dicente, timeret, ne desineret. Sed vel ita respondet, fama, & expectationi auditionis, lecta & scriptio, & quas pronuntiationes dotes, & veneres representare typi non possunt, reddit cum fanore doctrina. & glorie, subiecta, morosiori, atque ideo maturiori oculorum, & lectionis examini, speciosa hac melioris iuriis prudentia tabula. Nihil in ea quod non teneat, pascatque dulciter, in diciose inspectionis aciem, siue totius artis, atque operis symmetriam, maiestatem, & paraturam spectes, siue orationis, veluti colorum lumina, & Charites, siue denique ingenij veluti penicillo ductas in hac tabellâ subtiliorum cogitationum lineas, atque in primis extremas illas de conditione tritacariâ, in quibus non minorem fortasse laude bic inter nostros hodie promeritus, quam inter pictores olim Parrhasius, confessione artificum, in lineis extremis palmam adeptus. Vi proinde dolendum non immere ritò sit, acri, & alacri genio dicentis, ne pleraque alia iuris arcana lustrando illustraret, obstatisse Academicici horarij metas, campumque defuisse, non cursum; sicut eidem, cum edit, cura fuit, causam potius implere, quam paginam. Quamquam, & dolendum omnino magis, tot dextris petitionibus, levam toties fuisse fortunam, & dilata scholastica doctrina præmia, que concessa discentium bono cederent, & scholæ splendori. Verum hec alterius loci, & querelæ. Nostri interim petitoris, vel gloria, vel solatio sufficerit, antecessure lauream, quam mordere hactenus Apollo non dedit, virtute certe, & meritissimam diu libasse, & in litterarijs tot certaminibus, abiectum sapientius potius, quam vicit um, semperque in armis, & statione paratum, spartano more, & animo, palam non radidisse, sed perdidisse. Nostri itidem muneris satis iam sit, semel serioque effari, commendationem hanc Papiniani, dignam Papinianistis lectoribus, cultoribusque (quales olim Papiniani nomini, & scriptis deuotos Justinianus noster describit) non modo edi in publicum posse, sed H[ab]i[re]n[ti]s merita inquit danno, sed & debere in iuris scientie, sculi, & scholæ decus, & ut est proverbio græcanico τα καλά τρεπτινέω.

Ita censeo, & scripsi, Sal. 5. Kal. Aug. Anno Christiano 1644.

ILLVSTRISSIMO, ATQVE  
Excellentissimo Principi D. D. JOANNI CHVMACERO  
CARRILLO, in supremo Hispaniarum Senatu,  
Præsidi desideratissimo.



NTIQVIS Votum est. Illustriſſ. atque Excellentissime Princeps, te nō ſolum auritum, ſed etiam oculatum ſtudiorum meorum teſtem facere. Eſt enim cogitationis, atque sermonis noſtri, ſuperne ingenerata certa facies; quam vel plauſum extollere, vel libore corrumpere ex æquo promptum eſt, niſi ſpecularis obiecta Crystallus, ſincerius de lite ceneſeat. Subinde præſentis iuditij tui, acre ſpeculum in ambit extemporaria hæc oratio, ut ſententiam aliquando ſubcat, non ex vicario teſtimonio, ſed ex oculorum pleniffima fide. Inter quę tantum plerunque refert, quantum inter detersam, obduſtam vè Crystallum. Causaberis fortean Cādidati fidutiam quem ſatiuſ foret modeſtius reuereri, non magis Imperij tui, quam tuæ ſapienſiæ faſces. Quis enim impunè iuditium tuum ſubibit, præſertim lacesſitum? Sed intētionis meæ propositum excuses oportet: Litem confeſtor nuncupationis ambitu: prætextata mea ad iudicem ſupræmum prouocatio eſt: Idcirco te adire censui cùm pura nuncupantis religione, tūm integra fronte litigantis. Certè quos premit obſequium ſpiritus mihi cauſa facit. Iam vero faſces tuos opera nostra adorat Papinianus Præfectus quondā Pretorio, ut tandem Romani Imperij, atque ſapienſiæ ſummittat tibi fastigium: uſque adeò dedicatio mea, eius debotio eſt. Equidē redemi, tam locuplete præde ſuperuiam inscriptionis: quæ forer alioquim ad virum verè Principem, atque mundi negotijs occupatum, vel imprudentiæ, vel ambitionis rea. Quod autem ad me ſpectat illa ſubeft ſpes, te non ſententiam de interprete, ſed interpretem potius de ſentētia æſtimaturū. Quæ ſi impræſentiarum tibi probabitur, erit (ſpondeo) auſpicata prolufio ad ſotias obſeruationes; quæ iam dudum lucem timent, ne tenebras denuò expotgēto patiantur (propter infelicem authorem).

Inte-

Interim Illustissime, atque Excelentissime Domine ad æternam Republicæ salutem diutissimè vale, ut tecum floreat sine senecta Hispaniarum Imperium.

**Excel. T. perpetua fide colens.**

**Doctor D. Ioseph Nuñez,  
Zamora.**

Ex temporaria interpretatio textus,  
id leg. fundum Cornelianum 28 ff.  
de nouationibus in academico certa-  
mine, pro Cæsarea vesperti-  
norum Cathedra.

## Papinian.lib. 2. definitionum.



**VNDVM Cornelianum** sti-  
pulatus, quantifundus est postea stipulor: si non  
nouandi animo secunda stipulatio facta est, ces-  
sat nouatio, secundaverò stipulatio tenet, ex qua  
non fundus, sed pecunia debetur, itaq; si reus  
promittēdī fundū soluat, secunda stipulatio iu-  
re non tollitur, nec si litem actor ex prima con-  
testetur: deniq; meliore, vel deteriore facto si-  
ue culpa debitoris postea fundo, præsens aestimatio fundo petito rectè con-  
sideretur; in altera verò aestimatio venit, quæ secunda stipulationis tem-  
pore fuit.

Iureconsulti sententia constabit ex hac specie. Primum sti-  
pulatus sum, fundum Cornelianum mihi dari, deinde ex inter-  
vallo, vel incontinenter, stipulor, quantifundus est, id est, verā  
atque præsentē fundi Corneliani æstimationē, quā secundā sti-  
pulationē interposui, sine animo nouandi priorē. Triplex est  
quæstio præambula: Primū, vtrū posterior obligatio estimationis, faciat prioris nouationem, sine expressa voluntate nouan-  
di. Secūdum, vtrū saltēm fundo petito, & lite contestata ex  
prima stipulatione spiret posterior obligatio estimationis Po-  
stremū, vtrū fundo Corneliano soluto prioris stipulationis  
potestate, censeatur extincta posterior, quæ continet eiusdem  
fundī pretium. Negat Papinianus è vestigio: qui à nec posterior  
stipulatio estimationis facit nouationem prioris, nisi expressa

intercedat voluntas, nec litis contestatio ex prima, extinguit posteriorem, nec denique, fundi Corneliani solutio iure tollit obligationē pretij debiti ex posteriori stipulatione. Quia propter etiam petito, soluto vē fundo Corneliano ex prima stipulatione, adhuc pecunia ex secunda peti potest. Ea tamen differētia, quod est vniuersae definitionis momentum, ut fundo in iudicium deducto, atque per sententiam æstimato, litis contestatæ tempus duntaxat spectetur ad incundam fundi æstimationem, non tempus contractus, non rei iudicatae, modo pretiosior, modo deterior reperiatur petitionis tempore, præsens æstimatione fundi petito rectè consideretur, inquit Iureconsultus, id est, pretium illud quo estimari debet, cum petitur per litis contestationem. Seclusus atque eiusdem fundi pretio in iudicium deducto ex posteriori stipulatione, quantifandus est. Quandoquidem ad incundū pretium fundi per sententiam iudicis, posterioris obligationis potestate, non consideratur præsens fundi æstimatio, tempore litis contestatæ, sed præterita æstimatio, cum contractus celebrabatur.

Atque in primis, ut Papinianum exploremus, illud compertum est. Vtrumque rectè peti, fundum atque æstimationem, speciem, & pretium ex prima, atque secunda stipulatione. Simplior ratio est, quia in celebratione posterioris, non intercesit animus nouandi priorem, nouatio autem sine voluntate non est, l. 2. l. sticū 8. §. 2. & §. vlt. hoc tit. l. si rē 31. §. 1. ff. de nouationibus, l. qui vsum fructum § 8. ff. de verb. oblig. §. præterea 4. vers. sed cum hoc instituta, quibus modis tollitur obligatio, Donell. lib. 16. comm. cap. 20. Anto. Fab. lib. 3. conu. cap. 3 & lib. 5. cap. 3. Petrus Grego. lib. 2. sintagm. iur. cap. 2. Brisonius, lib. 2. desolut. tractatu de nouationibus, Parlador. lib. 2. rerum quotidianarum, cap. fina. limitatione 6. nu. 46. Rationisratio illa mihi, & verior, & speciosior visa est. Quia creditor qui sibi cauet, per secundam stipulationem, magis firmare primam, quam infirmare censetur, corruorare, non derogare creditur, exemplo fidei iussionis, quæ non extinguit, immò confirmat principalis rei obligationem, quamuis sit eiusdem rei altera verborum obligatio: certè in ciuile foret, promissionem inductam ad unum esse etum contrarium operari, Bartolus in l. si se 4. §. si ex conuen-

tione, ff. de re iudicata, & in leg. certi conditio 9. §. si nummos, ff. de rebus creditis, idem Bartolus, in nostra l. fundum Cornel. ff. de nouationibus, Donell. lib. 15. comm. cap. 2. & ibi Osuald. littera G. Cuiac. lib. 54. digestorum Iuliani, in l. qui usum fructu § 8. ff. de verb. oblig. atque in solemni recitatione ad textum in leg. rescriptum 10. §. 1. ff. de pactis. Quamvis enim contentio-  
nis fuerit inter ipsos Iureconsultos, utrum prior obligatio cen-  
seatur nouata per posteriorem, inquam deducimus, vel pretium  
rei, vel poenam rei non praestitae, vel subiectam personam, quæ  
obligationem suscipiat, argum. text. in l. obligationum 44. §. si  
nauē, ff. de obligationibus, & actionibus iuncta leg. 3. C. de noua-  
tionibus, & delegationibus. Hanc tamēn rixam compescuit  
Iustinianus, in leg. vlt. C. eodem tit. Quo loci sanxit, nusquam  
nouationem fieri, vel persona subiecta, vel pretio, vel poena de  
deductis, in secundam stipulationem, nisi expressa intercedat  
nouandi voluntas. Excipiunt Doctores causam pecuniae credi-  
tæ, quam stipulor incontinenter, quippe mutuum confessim  
transit in stipulatum, l. si ita 6. §. 1. cum l. sequenti, ff. de nouatio-  
nibus, l. certi 9. §. numeravi, ff. de rebus creditis. Ratio est, quia  
ut veteres ipsi arbitrabantur, ista species unus, duntaxat contra  
etius censebatur, mutuo dissimulato. Quapropter, nec regulæ  
quidem exceptio est, Donell. ubi supra.

Rursus sicut prior obligatio, per posteriorem non tollitur:  
ita neque posterior perit, etiam si actor litem contestet ex pri-  
ma, ut loquitur Papinianus. Quod quidem erat exploratus.  
Quamvis enim alioquin litis contestatio creditur necessaria noua-  
tio vulgata leg. 3. §. idem scribit, ff. de peculio, leg. delegate  
11. §. 1. ff. de nouationibus, quippe in iudicio nova contrahitur,  
iudicatio obligatio. Verum tamēn posterior estimationis obliga-  
tio non perit, ne illud incidamus absurdum, ut actoris conditio  
nem faciamus deteriorem per contestationem litis, quod certe  
contingeret, extinta posteriore obligatione, quæ securiorem  
facit causam creditoris, ut fere argumentatur Paulus in leg. aliā  
29. ff. de nouationibus: Fit planè in iudicio necessaria nouatio,  
quod eo spectat, ut species alioquin debita, atque in iudicium  
deducta, transcat in obligationem estimationis sui, quippe iu-  
dex qui de causa cognoscit, speciei debitorem ad pecuniariu-

meratam præcisè condemnat, l. 4. §. ait prætor, ff. de re iudica. l. dominus 36. ff. de liberali causa, l. vlt. C. de usuris rei iudicatae, Anto. Faber de erroribus pragmati, decade 85. ab errore 2. ad errorem usque 10. Ioannes vetus glossator aduersus Martinū, veterem glossatorem, quantumuis refragetur Cui. lib. 1. sententiarum Pauli, tit. 13. §. 4. Couarruias lib. 2. variarum resolutio num, cap. 19. Cæterum ista necessaria nouatio non perimit posteriorem obligationem, quæ securiorē facit causam creditoris.

Comperimus per litis contestationem ex prima stipulatione fundi Corneliani, non extingui posteriorem, *quanti fundus est*. Comperimus præterea, nec priorem per posteriorem nouari, quæ eiusdem fundi continet pretium. Quibus succidaneum est, nec per extra iudiciale quidem fundi Corneliani præstationē, iure tolli secundam obligationem. Utique si nouatio non intercessit, secunda stipulatio iure tenet, ut loquitur Jureconsultus. Quā obrem vniuersa se sistit disputatio, in eo quod postremū, & grauius est in nostra definitione, videlicet fundi petiti æstimationem a iudice faciendam in sententia, sumendam esse a pretio, quo iustè æstimari debet tempore litis contestatæ, modo preciosior, modo deterior existat, non consideratis, contractus celebrati, aut rei iudicatae temporibus.

Huius definitionis proximior ratio dubitandi desumitur ex sententia Pauli, in leg. si sterilis 21. §. si per venditorem, ff. de actionibus empti. Quo loci probatur æstimationem fundi incūdam esse, à pretio quo iustè æstimari debuit tempore cōtractus, non litis cōtestatæ Verba sic habent. *Omnis utilitas actoris in estimationem venit, quæ modo circa ipsam rem consistit, & merito, quia siue datum esset haberet emptor; siue non, qui à saltēm hodie dandum est, quod iam olim dari oportuit.* Ex quibus sic argumentor. Omnis utilitas actoris in æstimationem venit, adeo ut vel confessim, incōtinēter ad contractum, soluendum est frumentum, soluendus est fūdus, quem hodie habeat emptor, cum lis contestatur, vel saltēm hodie cum lis contestatur, præstandum est id, quod iam olim dari oportuit cum contraheretur, ergo æstimatio fundi per sententiam facienda, sumenda est a pretio frumenti, vel fundi, eo tempore, quo celebrabatur contractus, alioquin si duntaxat consideremus tempus litis contestatæ, & contingat, frumentum vi-

Illus vēndi, aut fundū esse dēteriōrem; nec omnis vtilitās vni  
et, neque id p̄stabilitur hodie, quod iam dari olim dari opor  
tuit cum contraheretur: quippe si datum foret, hodie haberet  
emptor, vel forte a distraxi set pretiosius frumentum, & pretio  
siorem fundū, sicuti Paulus prosequitur. Nihil est speciosius;  
nihil nostræ quæstionis proximus, illustrat Cui.lib. 33. Pauli ad  
ædictum in d.l. si sterilis, §. 3. Anton. Faber de erroribus prag  
mati, decade 88. errore 9. latissime Gaspar Schiffordegeirus, lib.  
1. tractat. 21. quæstione 1. aduersus Donell. in l. vinū 22. ff. de  
rebus creditis.

Præterea inquit Papinianus, secūs omnīnō contingere in se  
cunda stipulatione, quanti fundus est, quippe ad condemnationē  
pecuniae compræhensæ in hac stipulatione, non est consideran  
da fundi æstimatio tempore litis contestatæ, sed potius tempo  
re contractus celebrati, quāuis melior, aut vilior fundus extite  
rit. Cuius secundæ sententiæ immediatissima, atq; germana ratio  
dubitandi est; quod si pretiū præteritū fundi consideremus, ad  
ineūdā æstimationē, cōpræhēsam in hac stipulatione, quanti fun  
dus est, fateamur necesse est, eandem speciem, in eodem tempore  
diuersas, immò contraria subire æstimationes. Quippe fundo  
ex prima stipulatione, atque pecunia ex posteriore petitis in  
eodem libello, si contingat fundum esse pretiosiorem tempore  
vtriusque petitionis, maiori pecunia æstimabitur ex prima sti  
pulatione fundi, quam ea est, quæ deducitur in posteriorē, pre  
tij nomine. Rufus si contingat fundum esse dēteriorem, mino  
ri pecunia æstimabitur ex prima stipulatione fundi, quam ea  
est, quæ continetur in posteriori, eiusdem fundi nomine. Porro  
absurdum esse censeo eandem speciem, fundum eundem, æsti  
mationes subire dfferentes, eodem petitionis tempore; quod  
nec iniusta, immoda quæ dominorum affectione ad tenta con  
tingere poterat, argumento text. in l. pretia rerum 63. ff. ad leg.  
falcidiam, l. si seruum 33. ff. ad leg. Aquil. nec dum per senten  
tiā iudicis, quæ rerum naturam, & conditionem æstimat post  
habitatis affectionibus. Quo argumētandi genere, quod perēque  
speciem, atque pondus habet, grauiter Antonium Fabrum redar  
guit, illustissimus, atque excellētissimus Princeps D., D. Ioan  
nes Chumacero Carrillo, Hispaniarum facile Papinianus, & mu

nere Præfecturæ, & sapientiæ laude, atque orationis germana  
maiestate in disputatione 6.n.6. Dodecadis selectarū iuris dis-  
putationum (Pro verius decretorum dodecas!) quo loci decreto  
riè decernis Illustrissime, atque Excellētissime Princeps, æsti-  
mationem reifurtiæ in iudicium deductæ ineundam esse colla-  
to pretio, quo rem æstimari oportuit, vel tempore admissi deli-  
cti, vel tempore quo rès plurimi fuit, modo actor, per actionem  
furti, vel per condictionem furtiuam experiatur, ne alioquim si  
eodem libello, atque eodem tempore, res eadem furtiuam peta-  
tur per actionem furti, & condictionē furtiuam diuersa fiat æsti-  
matio, propter actionem quidem furti, à tempore delicti, veleo  
quo plurimi fuit: propter cōdictionem autem furtiuam à tem-  
pore litis contestatæ. Cuius contrarium evidenter probat  
textus in leg. in re furtiuia 8. §. 1. & text. in l. ex argēto 13. ff. de  
cōdictione furtiuia. Vrges præterea argumentum: etiam demp-  
ta furtiuia condictione, in sola actione pœnali furti, nec manifes-  
ti. In qua oportebat secundum Fabri opinionem, aliam fieri æsti-  
mationem consideratione simpli, cui inest rei persequutio, aliam  
consideratione dupli, cui inest persequutio pœnæ. Concludis-  
tandem sapienter Fabrum fefellisse text. in leg. 2. §. quæ situm, ff.  
. de priuatis delictis.

De causis quæstionis diutius, nō labore, germanas insinuaf-  
se satius est: quibus me non remorantibus, consentio Papinia-  
no, docenti fundi Corneliani æstimationem sumendam esse à  
pretio, quo iuste æstimari debet tempore litis contestatæ, non  
contraetus, nō rei iudicatæ: Ratio duplex est ex jurisprudētiæ  
meditullio desumpta: primum quia Iureconsultus loquitur de  
fundo, specieque petita, per actionem stricti iuris ex stipulatu,  
vel per condictionem certi, quæ nascatur ex stipulatu, quam-  
uis disentiat Cuiatius qui credit Papinianū agere de condicio-  
ne triticaria: porro perpetuum est in actionibus stricti iuris, pe-  
titam rem æstimari secundum præsentem æstimationem, quam  
importare debet, tempore judicialis petitionis, per contesta-  
tionem litis: ad differentiam actionum bonæ fidei, in quibus,  
litigiosa res æstimatorato tempore rei iudicatæ, tex-  
tus sunt omnino diserti, in leg. 3. §. in hac actione, ff. commoda-  
ti, tex. in leg. hominem 37. ff. mandati, tex. in l. 2. ff. de vñris

tex. in l. si fundum 31. ff. de rebus creditis, tex. in l. si Kalen-  
 dis 11. ff. de re iudicata. Bartolus in l. vinum 22. ff. de rebus  
 creditis, & in l. 3. §. in hac actione, ff. commodati, ibi Iason Cu-  
 iat. tract. 8. ad African. in l. hominem 37. ff. mandati, & tract.  
 7. in l. traiectitiae 23. ff. de oblig. & actibus. Donellus lib. 26.  
 comment. iuris cap. 5. & ibi Osual. L. A. Ioannes Garcia de ex-  
 pensis cap. 24. Antonius Faber lib. 16. coniect. cap. 2. & cap.  
 9. idem Faber de erroribus pragmati. decade 88, errore 9. idem  
 Faber, in Codice Sabaudico, ad titulum Codice si certum petat-  
 tur. Enim vero differentiae ratio, quae intercedit inter stricti iu-  
 ris, & bonae fidei iuditia, quatenus concernunt rerum deductio-  
 rum aestimationem obscura certe est, quare renda tamen à Papin-  
 iano nostro in l. 2. ff. de usuris. Receptum est inquit, ut quamvis  
 in personam actum sit, post litem tamen contestatam causa præstetur cu-  
 ius opinionis ratio redditur, quoniam quale quid est cum petitur tale da-  
 ri debet, id est ut cum Cuiatio interpretor lib. 6. quæstionum Pa-  
 piniani, qualis est iusta rei aestimatio tempore litis contestatæ,  
 talis facienda est per iudicis sententiam condemnatoriam, ut  
 qualis est cum petitur talis reddi videatur. Quæ sententia stri-  
 ctum concernit actiones stricti iuris. Cū enim in formula actio-  
 nū stricti iuris, desideretur clausula, ex bono, & aequo, quod aequius  
 & melius est, quam solemniter adiiciebat Prætor in formula bo-  
 nae fidei actionum argumento textus in leg. penul. §. ultimo  
 ff. solut. matri. in leg. si cum Cornelius 82. ff. de solutionibus,  
 in l. & si quis 14. §. hæc actio, ff. de religiosis, & sumptibus fu-  
 nerum Tullius lib. 3. de officijs. Rewardus de authoritate pru-  
 dentum cap. 7. Cuiat. 8. ad Africanum ad l. deposui 38. §. 1. ff.  
 de peculio, atque in recitatione solemnii ad textum in leg. eum  
 ab uno 63. ff. de leg. 2. Idem Cuiat. in l. vnica §. primum 4.  
 Cod. de rei uxoriæ actione Antonius Fab. de erroribus prag-  
 mati. decade 89. erro. 4. inde proficitur, ut in actiones stricti  
 iuris, non veniant vberiores præstationes, nec charius pretium,  
 nec pretiosior actoris utilitas, quæ omnia perpetuo veniunt in  
 actiones bonæ fidei propter adiectam clausulam prætoris, modo  
 ista sumantur à tempore rei iudicata l. 3. §. in hac actione ff.  
 commoda. modo à tempore contractus celebrati l. si sterilis §.  
 si per venditorem ff. de actionibus empti. modo à tempore mo-

ratæ contractæ per interpellationem etiam extra iudiciale, l. 8.  
§. ultimo ff. eodem titulo, quinimmo in actiones stricti iuris  
post habitis æquitatis rationibus, talis res venit, qualis est cum  
petitur. Quo circa speciei petitæ æstimatio facienda est, eiisdē  
pretio considerato eo tempore, quæ deducitur in iudicium. Vt i  
que maiorem actoris utilitatem inspicere, chartius pretium cōsi-  
derare, vberiores præstationes ad tendere, æquius certè, & me-  
lius est. Verumtamen ista tanquam peculiaria actionum bonæ  
fidei, easdem actiones maneat, non stricti iuris actiones, in qui-  
bus, quia non magnopere de æquitate curamus, qualis est res  
cum petitur talis præstanta est, qualis est presens æstimatio ta-  
lis facienda est. Nō moror Cuiat. tract. 3. ad Africa. qui aliam  
rationem, nec planè in elegantem excogitauit ad l. hominem  
37. ff. mandati.

Secunda ratio omnino subtilior desumitur ex Celsi Iure  
Consulto in leg. si Kalendis 11. ff. de reiudicata, in facienda, in-  
quit, æstimatione rei, quæ certo tempore dari debuit illius temporis con-  
sideratur æstimatio, quo nouissime dari debuit. Porro postremum, no-  
uissimumque tempus, in quo rem dari oportet, per stipulatum  
petitam, litis contestatæ tempus est. Quandoquidem lite iam  
contestata fit nouatio, atque noua contrahitur obligatio iudi-  
cati l. 3. §. idem scribit, ff. de peculio l. delegare 11. §. 1. ff. de  
nouationibus. In quam non diutius res ipsa venit, sed pecunia,  
atque æstimatio l. 4. §. ait prætor, ff. de re iudicata, l. si quis ab  
alio 13. §. ultimo ff. eodem tit. Ant. Faber de erroribus prag-  
mat. decade 85. & 86. per totum pro Ioanne aduersus Marti-  
num Cuiatium, & Didacum Couarruuias, immo aduersus se ip-  
sum lib. 6. coniect. cap. 17. infestius aduersus Bartolum errore  
1. & 2. decadis 84. Adnotaret tamen ni Bartolum insectaretur,  
hunc docere etiam in obligatione dandi ad æstimationem ferri  
sententiam in l. vinum 22. ff. de rebus creditis, num. 15. & 18.  
Fabro consentit Schiffordegeirus, lib. 1. tract. 20. quæst. 5. ad  
dictam leg. si Kalendis 11. ff. de reiudicata. Cuius denuò rei ra-  
tio illa verior est: ne alioquin si reus cōdemnatus cogatur per  
sententiam ad præstationē speciei, atque obligationem faciendi  
contractam per iudicatum, in præiso facto prestanti tradendi,  
& numerādi, eius libertas deprimi videatur, quod in ciuile est,

nec ut ego censeo, facti rigorem lenib[is], si respondeas factum præstationis, atque numerationis contractum per sententiam esse momētaneum. Superfedeo, quia res est liberioris contemplationis, atque oportunioris indaginis, dixisse satis est æstimationis præstationem non esse peculiarem, in obligatione faciendo duntaxat, ut disputant DD. ad l. stipulationes 71. & l. si insulam 84. ff. de verb. oblig. & leg. eum qui 43. ff. de iudicijs. Quinimmo præstatio æstimationis omnium actionum propria est, modo prætoriæ modo ciuiles sint, etiam noxaliū: Nā quod in actionibus noxalibus caput noxiū dedi possit ad excusandam litis æstimationē, non tam est ex conditione noxalis actionis, quam ex beneficio legis duodec. tabul. l. miles §. 1. ff. de re iudicata, l. 1. ff. de noxalibus actionibus, §. 2. instituta de officio iudicis. Evidem præcipuum est in obligationibus faciendo, ut actionis intentione æstimatione duntaxat petatur, non factum. Cæterū reliquarum actionum proprium est, speciem ipsam petere, aut æstimationem speciei, quarum intentio per condemnationem, ad pecuniam resolutur numeratam. Vnde prætor in ea parte ædicti, quæ loquitur de sententijs exequendis, ita aiebat, *condemnatus ni pecuniam soluat pignora capiantur*, l. 4. §. ait prætor, ff. de reiudicata, non dixit, *ni speciem soluat, ni fundum Cornelianum soluat*. Quia certe condemnatio, in æstimationē resolutur. Quo loci illud amplius animaduersum velim, nec ad numerationem pecuniæ præcise condemnari, quippe coactio ad factum, soluendi, & numerandi, faceret impressionem libertati, Satius enim est, ni spōte soluat, pignora capi: quæ distrahat. Prætor satis facturus victori, quod per puram patientiam condemnatis, sine impressione, aut coactione, de qua revidendi sunt Bartolus cons. 82. colum. 2. Alexander cons. 72. num. 5. Menoquius de arbitrarijs lib. 1. quæst. 31. & consilio 509. nu. 14. Faquin. lib. 11. controuer. cap. 17. Pinelus in l. 2. Cod. de rescindenda venditione. Nō moror textus in l. ultima Cod. de fideicommissariis libertatibus, nec textum in leg. qui restituere 68. ff. de rei vindicatione. Utique nihil fuisset proptius quā Tribonianum incusare, qui violentiā adhiuet manus militaris, nispecies ipsa restituatur: Quod quam in ciuile sit, si radi Minervia textus capiatur, ex eo aparet, quod Vlpianus ibi loqui-

tur de rei indicatione: actione prorsus arbitaria. Potro arbitra  
riarum actionum illud perpetuum est, vt tandem ad pecuniam  
numeratam reus condēnetur, ni velit parere arbitrio, rei resti-  
tuēdæ, quod præcedit sententiā; ad pecuniā inquā numeratā pro  
conditione actionis, duplum, quadruplum, aut veram rei æsti-  
mationem continentis, l. item si cum exceptione 14. §. hæc au-  
tem actio, ff. quod metus causa, l. arbitrio 18. ff. de dolo, l. harū  
7. ff. si seruitus vindicetur, leg. redibitoria 45. ff. de ædilitio  
ædit. §. præterea instituta de actionibus. Iam vero, si quod ma-  
gis est perentoria sententia actionis arbitrariæ, quæ fertur in  
invitum: resolutur, ad pecuniam dūtaxat numeratam? qua frō  
te dicemus:lene arbitrium rei ipsius restituendæ, quod præce-  
dit condemnationem, ad instar persuasionis, boni viri violentiā  
adhibere manus militaris? Certe idem Vlpianus, hanc manus  
militaris violentiam alibi detestatur in eadem specie vindica-  
tionis arbitrariæ, qui existimat reum impunè reniti aduersus ar-  
bitrium rei restituendæ, dommodo patiatur definituam sen-  
tentiam, ad æstimationem in pecunia numerata, l. vnica §. i. ff. si  
quis ius dicenti non obtemperauerit, conspirat Paulus in l. eius  
rei 46. iuncta leg. sequenti, ff. de rei vindicatione, sapiēter Fa-  
ber de erroribus pragmaticorum, decade 89. erro. 4. & decade  
91. erro. 7. Itaque condemnatio ad pecuniam numeratam pro  
pia est omnis actionis ciuilis, vel prætoriæ; etiā noxalis. Quod  
ita sentire oportet, vel propter ciuilis libertatis immunitatem,  
vel propter faciliorem iudicati executionem; Quod postremū  
fortean verius est, quia inficiari non possumus, præsentiorē,  
atque promptiore esse iudicati executionem, si condemna-  
tio fiat in pecunia numerata. De qua celeberrima iuris questio  
ne consulendus est, diligentissimus planè, atque præstantissimi  
iudicij vir D. D. Melchior de Valentia, in Granatensi Præ-  
torio Senator integerimus, quem in Cæsareo Salmanticensi  
Gymnasio, Primarium Doctorem, atque Magistrum in eis ha-  
buisse magnificè iacto. Cōsulendus inquam, tom. 2. Illustr. tra-  
ctatum, lib. 2. tract. 2. cap. 44. Quo loci nouam, atque indu-  
biè elegantem adstruit sententiam à num. 22. usque ad finem.

Iam vero premo vela discursus, vt cum Papiniano conclu-  
dam fundi Corneliani in iudicium deducti æstimationem su-

mendam esse à tempore litis contestatæ: vel quia hoc tempus nouissimum est, quo fundus dari debuit si celso credimus, vel quia qualis est res cum petitur talis præstanda est, si Papiniano potius credere velimus. Tandem postrema Iureconsulti sententia docentis, non considerari præsentem statum fundi Corneliani ad faciendam condemnationem pecuniae numeratae, quæ venit in iuditium posterioris stipulationis potestate, *quanti fundus est*, illam ratione habet: quia hæc stipulatio, *quanti fundus est*, incontinenter, ad primam celebrata, expressani, atque manifestam facit relationem eiustemoris, quo celebratur, ut sensus sit, *promitti mihi quanti fundus est hodie*, textus est omnino disertus in leg. scribit 34. §. Idem scribit, ff. de auro, & argento legato. Quo loci ita scribit Pōponius. *Articulus est præsentis temporis demonstrationem habet*, id est, ut ego interpretor: illius temporis, quo profertur demonstrationem habet. Ergo hæc stipulatio, *quanti fundus est*, illius temporis habet demonstrationem, quo interponebatur incontinentur ad stipulationem fundi. Cui rei consentaneum est æstimationem sumi prædictæ stipulationis potestate ab eo tempore, cuius demonstrationem habet articulus est. Porro hoc tempus, non est litis contestatæ, sed contractus celebrati. Cuiatius, lib. 2. definitionū Papiniani, in nostra leg. 28. ff. de nouationibus. Idē Cuia. ad l. 6. ff. delegatis 1. Dō Ioannes de Castillo tractatu de usufructu, cap. 29. Adiuvatur, hæc ratio ex consideratione sequenti, quæ præterquam quod mea peculiariter est, ciuilior est identidem, aut fallor. Articulus est, in hac stipulacione, *quanti fundas est*, illius temporis demonstrationem habet quo celebratur, quod nequaquam egreditur. Quippe stipulationes quæ circumscripta cludunt tempora illa non egrediuntur, l. 1. ff. de eo quod certo loco, l. 1. §. editio-nes. ff. de edendo: ergo si noui temporis fieret æstimatio, vel mora, vel litis contestatæ, vel rei iudicatae, æstimatio hæc peti non posset actione directa ex stipulatu, qui non egreditur tempora circumscripta, sed actione speciali arbitraria de eo quod certo loco dari oportet; quæ subrogetur in locum actionis, ex stipulatu, l. 1. l. quod si ephesi 4. ff. de eo quod certò loco dari oportet. Atqui Papinianus loquitur de æstimatione petenda actione, ex stipulatu directa, quæ demonstrationem habet cer-

i temporis. Ergo ab illo tempore sumenda est æstimatio, alio-  
quim desidereretur actio utilis arbitraria specialis prætoria, de-  
eo quod certo loco dari oportet. Quæ etiam proteditur ad cer-  
tum tempus, ex sententia Cuiatij ad l. centū capuæ. 8. ff. de eo  
quod certo loco, quamuis resistat Faber in rationali ad l. quod  
Ephesi 4. ff. de eo quod certo loco. Atque de erroribus pragma-  
ticorum decade 91. errore 2. Quo loci retractat sententiam in  
quam iuerat decade 84. errore 5.

Ex quibus decidēti rationibus, ad vtrāque Papiniani sentē-  
tiā: in prōptu est respōdere rationibus dubitādi. Atque ut à po-  
strema capiam exordium dicendum arbitror absurdum, non  
esse eandem speciem diuersas subire æstimationes, quarū quæ-  
libet demōstrationem, & relationem habeat temporis diuersi.  
Esset quidē incōueniens eandē speciem eodē tēpore confide-  
rato habere æstimationes differentes, verumtamen eandem di-  
uersomodo æstimari, viliorem vel pretiosiorem factam, ex tra-  
du temporis, & ciuile, & naturale ēst: vel argumento textus  
in leg. pretia rerum, ff. ad l. Falcidiam, l. si seruum 33. ff. ad l.  
Aquilia m l. 7. Cod. Theodosiano de Suarijs. Quid? Num lethā  
liter homo vulneratus ad instar sani æstimabitur? Immo in le-  
ge Aquilia idcirco retrocedit æstimatio ad mensim, vel annū,  
quia aliud est cadaueris, aliud viuentis pretium, alia vulnerati  
alia sani hominis æstimatio. Verūtamen hæc temporum, æsti-  
mationumque discreta consideratio; quatenus prior, posterior  
ve stipulatio concernitur; nunquam efficiet, vt nec lato vngue  
recedam à tua decretoria Sanctione Illustissime, atque Exce-  
lentissime Princeps. Nimirum, quod in actionem furti, atque  
conditionem furtiuam, eadem veniat temporis consideratio,  
quatenus simpli, dupli, vel quadrupli æstimatio initur: illā præ-  
cipuam rationem habet, quod furis manifesti, aut nec manifesti  
moram punire, perpetuò operteat, sicut autem mōra confessim  
contrahitur, ab ipso fraudulentæ contrectationis instanti, quo  
fur, vel pœnitentia dñctus, vel iuditio adatus (vt tuis verbis vtar)  
rem debuit restituere, l. in re 8. §. 1. ff. de conditione furtua: Ita nō  
minus cōtrahitur ab illo tēpore, quo res nondū restituta pretio  
sior cēsetur; arg. tex. in l. in furti §. & l. inficiādo 67. §. infans  
ff. de furtis. Qua propter siue per actionem furti, siue per cōdi-

ctionem furtidam, rei persequitoriam actor experietur facienda est æstimatio, vel à tempore delicti, si deterior, viliorque (ut Fabri non improbabilem distinctionem complectat, inter deteriorus, & vilius) res modo inueniatur, vel à tempore quo pretiosior extitit: ut æstimatio quanti plurimi veniat in cōdemnationem: dicta l. 8. ff. de cōdictione furtiva. Tua verba sic habent, num. 5. supradictæ 6. disputationis. Cum pretia rerum, per singula momenta, & augmentum recipiant, & decrementum, iniquum est longior rem furiis moram in re detinenda non puniri grauius, quam si vel statim pœnitentia ductus, vel iudicio adactus restituisset, maxime (proseque-  
ris infra) cum furtiva condicione aliqua ex parte pœnalis sit. Nunquid responderet certius. ex cortina Delphicus? Iuravi in verba tua Illustrissime, atque Excellentissime Princeps, si de actione furti, atque furtiva condicione loquamur, in quibus perpetua mora est. Ergo per textus in l. si seruum 91. §. sequitur, & l. si ex legati 23. ff. de verb. oblig. Secus si illam speciem tractemus cum Papiniano (nec inficias ibis) in qua duplex est stipulatio, quārum quælibet diuersorum temporum demonstrationem ha-  
bet, ex præscripta ratione iuris, vel verborum propria significa-  
tione. Asdensum præsumo tuum Illustrissime, atque Excellentissime Princeps, quippe perspicua est differentia.

Ad secundam rationem dubitandi. Respondeo brebiter cer-  
tè ita est. Omnis utilitas actoris in æstimationem venit, & merito, quia siue datum esset haberet emptor, vel saltem hodie dandum est, quod iam olim dari oportuit. Verum tamen ista vera sunt in iudicio bonæ fidei ex empto, de quo loquitur Paulus in d. l. si sterilis, §. si per venditorem, quia actio ex empto bonæ fidei est, l. bona fides §. ff. de actionibus empti cum vulgatis, in quam veniunt vbe-  
riores præstationes, atque chariores actoris utilitates à tempore contractus ad rem vique iudicata, quia æquius, & melius est hodie dati, quod iam olim dari oportuit, namque si datum esset haberet emptor, ut argumentatur Paulus. Vnde profici-  
citur ut iam dudum inter meas obseruationes adnotauī, ut in facienda æstimatione in iudicijs bonæ fidei consideremus tempus rei iudicata, l. 3. §. in hac actione, ff. cōmodati, quod tempus, tanquam poscrenum, atque nouissimum breuiora tem-  
pora comprehendit, contractus, moræ, litis contestatæ, ea inten-

tione, ut ab eo tempore supremo, quod breuiora comprehendat facile regrediamur, ad ineundam pretiosiorem estimationem, sumenda n vel à contractu, vel à mora, vel à lite contestata: argumento textus in leg. 3. §. ultimo ff. de actionibus empti. Non enim Pomponius, in leg. 3. §. in hac actione, ff. commodati desiderauit tempus rei iudicatæ in actionibus bonæ fidei, ut reliqua breuiora tempora excluderet, alioquin contrarius esset Vlpianus in d. l. 3. §. ultimo, ff. de actionibus empti, vbi docet estimationem ineundam esse, vel à contractu, vel à mora, vel à lite contestata, ut tandem fiat estimatione quanti plurimi, sumpta à tempore charioris speciei. Præterea contrarius esset Paullus in d. l. 21. §. 3. vbi estimationem in ijt, à tempore contractus, quo præsertim tempore dari res debuit. Quin immo credendum est, idcirco Pomponium postremum rei iudicatæ tempus adsumpsisse, ut ab illo tanquam nouissimo facile regrediamur ad breuiora: quia hoc æquius, & melius est. Quando quidem hodiè dandum est, quod iam olim dari oportuit. Vbi adueruum olim non circunscribitur, ad tempus contractus, vt ego cœleo, sed ad quod cunque, dummodo breuius sit, atque in nouissimo compræhensum. Cui considerationi ex peculiari penu depromptæ, ut perpetuam conciliem authoritatem tuam testor irrefragabilem. Illustr. atque Excellent. Princeps, in num. 3. & 4. prædictæ disputationis 6. dodecadis aureæ. Vbi sancis, in actione furti, sumendam esse estimationem, ab eo tempore quod actori sit commodius propter perpetuam furis moram; Quāuis enim hæc ciuilis actio furti, nec bonæ fidei, nec stricti iuris sit, sed arbitraria saltē: argumento textus in l. 6. §. quod iussu, iuncto eiusdē textus, ppo. ff. de ijs qui notantur infamia, quia ni reus pareat arbitrio quod sententiā antistat (agnoscis, & hoc castrense verbū tuū) condēnatur definitiū: tamen ratio mox nunquā impunitæ facit, ut à pretiosiore oportunitate estimatione sumatur. Vnde infantis (inquis) subrepto, qui apud furem adoleuit, non solum in infantis, sed etiam adulti premium consideratur, l. ex argumento 13. ff. de cōdictione furti. l. inficiando 67. §. infans, ff. de furfis: nam quid tam ridiculum esset, vt cum Celso loquar, quam melior rem furis conditionem esse, propter furti continuationem? Immo si Vlpiano credere par est; per singula momenta furtum quadātenus

Multiplicatur, illis præsertim quibus res furtiva augetur, l. in furti § 0. in fine principij, l. quamuis 6. ff. de furtis. Præterea quid dicemus de argento, apud furem cœlato? Num quid cœlaturam dissimulabimus, ad prætium ineundum infectæ tantum materiæ, quam rudem fur contrectauit? Nequaquam profecto, quoniam & cœlatura in æstimationem venit, quæ ad aux. t. argenti pretium, d. l. ex argento, ff. de conditione furtiva. Quibus exemplis, tuam adstruis, meamque sententiam: Namque si ratio moræ euincit, ut in actione furti arbitraria, pretiosior æstimentur actoris utilitas, sumenda vel à tempore delicti, vel ab eo quo res furtiva plurimi fuit. Quid ni, & bonæ fidei ratio eadem extorqueat æquitatem cum Pomponio, & Paullo? Cæterum in actione stricti iuris ex stipulatu, vel certi conditione ex stipulatu de quibus loquitur Papinianus: qualis est res cum petitur talis præstanda est, l. quidquid, ff. de v. obl. l. tantundē 7. ff. de negotijs gestis. Nec cæteras æquitatis rationes magnopere curramus, ut in actione bonæ fidei exempto, nec debitoris moram punimus, ut in actione arbitraria furti.

Superstuntaxat, ex Papiniano dupplicem conclusionem impræsentiarum elicere. Prima est: per posteriorem verborum obligationem, in quam deducimus æstimationem rei alioquin promissæ in prima æstipulatione non fit nouatio, nisi expressa intercedat nouandi voluntas. Hanc probant textus omnino diserti in l. 2. & l. Sticum 8. §. 2. & §. ultimo, l. si rem 31. §. 1. ff. de nouationibus, textus in l. qui vsumfructū § 8. ff. de ver. obli. Bartolus in nostro textu, & in l. certi conditio 9. §. si nummos, ff. si certum petatur. Idem Bartolus in l. sise, §. ex conuentione, ff. de re iudicata Cuia. lib. 22. obser. cap. 6. idem Cuia. lib. 52. digestor. Iuliani in l. eum qui § 6. §. si à te, ff. de v. oblig. Gedæus de contrahenda stipulatione, cap. §. conclusione 7. num. § 4. Antonius Faber in rationali ad l. 10. §. 1. ff. de pacis, Iason in l. miles 6. §. iudicati, ff. de re iudicata, & in l. singulatia 15. ff. de rebus creditis,

Secunda conclusio est, æstimationem rei in iuditium deducatæ stipulationis, aut stricti iuris actionis potestate ineundam esse à pretio quo res æstimari iuste debet tempore litis contestata: non contractus, non rei iudicata. Hanc probant textus

in l. 3. §. in hac actione, ff. commōdati, tēxtus in l. hominem 37.  
ff. mandati textus in l. 2. ff. de usuris, textus in l. si fundum 31.  
& l. vinum 22. ff. de rebus creditis. Dicit Præterea conspiran-  
tium Doctorum agmen Princeps antesignanus Illustris. at-  
que Excellentissim. D. D. Ioannes Chumacero Carrillo, in su-  
premo Hispaniarum Senatu Præsul meritissimus. Dodecadis  
selectarū, disputatione 6. n. 3. Hugo Donellus tractat de rebus  
creditis, ad dictā l. 22. num. 22. Idem Donellus, lib. 26. comen-  
tarior. iuris cap. 5. Antonius Faber. lib. 16. coiect. 17. atque de  
erroribus pragmati. vbi supra. Schiffordegeitus, lib. 1. tract. 21.  
ferè per totum. Andreas Kohl. exercitatione legali 10. Ge-  
dæus de contrahen. stipulat. cap. 11. cōclus. 10. Cuiat. tracta-  
tu 8. ad Africanum in l. 37. ff. mandati. Idem Cuiat. tracta. 3.  
ad Afric. in l. centum Capuæ, ff. de eo quod certo loco, & lib. 25  
defini. Papi. & lib. 6. quæstionum ad l. 2. ff. de usuri.

Atque imprimis, ut à prima conclusione breue faciam exordium, textum seligo interpretandum, qui vniuersæ quæstionis intrat substantiam in l. actionū 44. §. ultimo ff. de obl. & actio. Ea intentione ne prorsus videar prætermisſe tractatum nouationum: conscius alioquim, vniuersum definitionis pondus ad secundam conclusionem inclinare: sed breue faciam, migratus confessim. Stipulor nauem mihi fieri: incontinenter stipulor centum, si nauis non fiat, nomine pœnæ, vel æstimationis nauis non factæ. Æstimationis inquam, quod sapienter notauit Faber in rationali ad textum in leg. rescriptum 10. §. 1. ff. de pa-  
ctis: tanquam, non tam videatur cōcepta pœnalis æ stipulatio, quam certa summa compræhensa pro taxatione nauis non factæ. Quærit Paullus utrum in posteriorē obligationem pæcu-  
niæ numeratæ transfusæ videatur prima stipulatio nauis facie-  
dæ? Affirmat, quasi nouatione facta, quamuis expressa non inter-  
cessit nouandi voluntas. Quæ sentētia. Papiniani definitione  
vehementer impugnat. Arbitratur hic per posteriorē stipula-  
tionem inquam venit æstimatio rei per primam promissæ noua-  
tionem non fieri, nisi hoc agatur manifestō, l. 2. l. Sticum 8. §. 2.  
& §. ultimo, ff. hoc titulo Bartolus in l. prædia 28. ff. de actioni-  
bus empti. Atque in leg. si cum dotem, §. si mulier, ff. soluto ma-  
rimonio. Sed ut vniuersa iura mutuò contraria uno verbo cō-

ponā. Distinguō brebiter, aut posterior stipulatio æstimationis  
 subiicitur obligationi faciendi: aut subiicitur obligationi dan-  
 di, tradendive. Si posterior obligatio æstimationis subiicitur  
 obligationi faciendi, etiam sine expressa voluntate censebatur  
 celebrata nouatio saltem iure digestorum. Si vero posterior  
 obligatio subiiciebatur obligationi dandi, tradendive expre-  
 sus desiderabatur animus nouandi, ut prior transfunderetur  
 obligatio. Ratio differentiæ anterior stipulatio nauis faciēdæ,  
 v.g. cui subiicitur obligatio æstimationis, aut pœnæ; non con-  
 tinet factum ipsum præcisè, nec strictim importat opus fabri-  
 cæ, sed æstimationem duntaxat cludit incertam, nauis non fa-  
 cæ. Alioquin si importaret strictim factum ipsum, ciuilem li-  
 bertatem deprimeret, quod certe seruitutis speciem præsefert.  
 Ut sapienter disputat Bartolus, ex Dino, & Ioanne, in leg. stipu-  
 lationes 71. de v. obl. Donellus, lib. 15. coment. cap. 3. Cui in  
 recit. solem. ad tex. in l. cum quid ff. de vrb. obl. & lib. 74.  
 Paulli ad ædictum in l. 84. ff. eodem titulo; idcirco subiecta sti-  
 pulatio æstimationis, & pœnæ non importat rem distinctam,  
 quim potius incertam, & dubiam facti æstimationem deductā  
 prioris obligationis intentione, taxat & circumscribit ad certam  
 eiusdem facti æstimationem. Textus sunt omnino deserti in l.  
 vltima, ff. de prætorijs stipulationibus, & §. vltimo instituta de  
 v. obl. vtique si prior continet incertam quantitatem, quam po-  
 sterior taxat: hæc potius prioris interpretatio, quam distincta  
 censebitur obligatio. Neque infrequens est, ut posterior scriptu-  
 ra, magis prioris interpretatio, quam noua censeatur. Celebris  
 quippe est illa institutio. *Quem codicillis scripsero heres esto*, quæ  
 summo iure subsistit, l. assc 77. ff. de heredibus institu. l. institu-  
 to 10. ff. de conditio. insti. vtique, non codicillis data censemtur  
 hereditas, sed potius videtur in codicillis declaratus heres, qui  
 erat adhuc incertus, ex scriptura testamenti. Donelius lib. 7.  
 coment. cap. 19. & lib. 6. cap. 21. Osualdus vbiue. Ita æstima-  
 tionis stipulatio, quæ subiicitur obligationi faciendi, non tam  
 vobis obligatio, quam prioris taxatio est. Cui rei consequens est,  
 primam nauis faciendi stipulationem in posteriorem transferri  
 quasi nouatione facta, ut loquitur Paullus. Cæterum si posterior  
 obligatio æstimationis subiiciatur stipulationi dandi, ut in no-

Nra definitione, prior non transfertur, nisi expressa interponatur voluntas. Quandoquidem res omnino distinctæ, speciesque importantur differentes, fundus ex prima, pretium ex secunda. Qua propter contratiam facere interpretationem satius est; vt credamus creditorem, qui sibi cauit per posteriorem pretij stipulationē corroborare: potius quam infirmare primā voluisse, Quid? num fidei usio interimit principalis rei obligationē quam uis sit eiusdem rei altera verborum obligatio? Certe de consti-  
tuto exploratum est, securiorem facere, primam obligatio-  
nem quamuis eiusdem rei sit altera obligatio. Anto. Faber lib.  
¶. coniectu .cap.3. & lib. 15. cap.5. Donellus lib. 15. cap. 2. &  
lib. 16. cap. 20. Iason ad Rubricam, ff. de v. obl. Bartolus ad au-  
tent. præsens cod. defidei usoribus. Cuiatius, lib. 29. Paulli ad  
ædictum in leg. sed et si 4. ff. de constituta pecunia. Ex qua di-  
stinctione parumper deflexa ex inuarem, textus in l. predia 28.  
ff. de actionibus empti, & textum in l. si ita 115. §. ultimo, & l.  
qui Romæ 122. §. Flauius ff. de v. obl. tex. in leg. si quis à fatio  
41. cum leg. sequenti, ff. pro fatio. Videndus interim est Do-  
nello vbi supra, & ibi Osualdus, lit. G. Grangianus paradoxo  
ru. n, cap. 33. Succidanea erat de coniecturis disputatio per quas  
iure veteri nouatio coniectauatur, sine expressa voluntate vi-  
dendus Brosonius de solutionibus titulo de nouationibus ad  
textus in l. 4. §. 7. ff. de doli exceptione. Supersedeo tamen, quia  
ad grauiorem disputationem festinat oratio.

Secunda conclusio, fuit æstimationem rei in iuditium deducere, stipulationis, aut stricti iuris actionis potestate incundam  
esse à pretio, quo res æstimari iuste debet tempore petitionis,  
non contractus, non condemnationis. Ex qua venit explican-  
dus textus in leg. in hac actione 3. ff. de conditione triticaria.  
Per conditionem triticariam petebatur merx debita ex mutuo,  
vel stipulatu. Qua ritur de tempore mercis æstimandæ. Respon-  
det Vlpianus ex Seruio Iurisconsulto æstimationem sumendam  
esse à pretio vulgari mercis tempore condemnationis, quamvis  
charius, aut vilius tunc vendatur: Cæterum si per conditionem  
triticariam homo petatur, qui post litis contestationem moria-  
tur, vulneratus lethaliter æstimari debere a tempore mortis:  
cum tractu tamen, ne si ab illo instanti sumatur pretium, quod

peræquè inclinat ad vitam & mortem, quod supremum spiran-  
 tis est ad exiguum, aut fere nullam æstimationem hominem re-  
 ducamus. Huius sententiæ difficultas inde apparet, quod condi-  
 ctio triticaria, ex mutuo nascitur, aut stipulatu, aut saltem ipsa  
 triticaria rerum æstimatoria stricti iuris est, sicut & omnes con-  
 dictiones modo orientur ex nominatis, modo ex innominatis  
 contractibus, excepta indebiti condicione Faber de erroribus  
 pragma. decade 84. erro. 3. & 4. Cuius rei inditium faciunt in  
 terpretes, ex eo quod in prolixa illa actionum bonæ fidei enna-  
 ratione, quas recenset Tribonianus in §. actionum instituta de  
 actionibus nusquam est conditionum commemoratio. Et ta-  
 men de iuditio stricto conditionis triticariæ sentit Vlpianus  
 mercis petitæ æstimationem ineundam esse à tempore condem-  
 nationis, post habitis contractus, aut cōtestationis temporibus,  
 cum congruentius esset in iuditio actionis stricti iuris, talem  
 mercem dari qualis est cum petitur. Illudque pretium inire,  
 quod vulgatus est tempore contestationis. Vrget Vlpianus  
 sententiam hominis comparatione, cuius æstimatio fit non à tem-  
 pore litis contestatæ quo pretiosorem fuisse oportet, sed à tē-  
 pore mortis, quo vilior est. Quippe cum morte, pretij iacturam  
 fecit. Ex qua sententia grabiter impugnatur Papinianus cum  
 quo censemus in iuditij stricis, actionis, ex stipulatu, aut certi  
 conditionis specialis, aut generalis, speciei petitæ æstimatio-  
 nem sumi debere à tempore petitionis, ut talis reddi censeatur  
 qualis est cum peritur, quamvis vilior, aut harior reperiatur. Tā  
 dem augetur difficultas, ex leg. sequenti. Id est, ex l. ultima, ff.  
 de conditione triticaria, quo loci Gaius docet in conditione  
 triticaria, æstimationem mercis sumi debere, vel à tēpore quo  
 dari, cōportuit si de tempore conuenit, vel à loco si pactum est  
 de loco; vel à tempore iudicij suscepti, & litis contestatæ, si nec  
 de tempore, nec de loco conuenit. Quod non solum eodem sen-  
 su, verum etiam eadem verborum conceptione docuit Julianus,  
 ex Sabino in leg. viii 22. ff. de rebus creditis, docet Cu-  
 iat. lib. 8. ad Africanum in l. hominem 37. ff. mandati Antonius  
 Faber passim decade 84. Conspirant idem Julianus, & Vlpi-  
 anus in leg. quoties 59. cum leg. sequenti, ff. de v. obl. Quid di-  
 cemus? Num vicinæ legis iniurias fōuent? sciunt certè sapiē-

OK

tes, raras esse in iure sententias fortiorēs. Tractauit hanc Faber lib. 16. conjecturarum, cap. 17. retractauit se de erroribus pragmaticorum, vbi supra, quo loci fatetur se, non magis alienos, quam propios errores emmendare.

Postrema Fabri sententia est, conditionem triticariam eius esse naturæ, & conditionis, ut actionis potestate, atque intentione actoris in eam non veniat mercis petitæ æstimatio, quin potius actionis, atq; actoris intentione in cā venire mercē ipsā debitā ex mutuo, vel stipulatu. Quo circa non species, aut æstimatio, sed strictim species, & merx ipsissima deducitur in iudicium: Vndē reus conuentus libertatem habet, soluendi mercem ipsam, ad tempus usque rei iudicatæ, si velit excusare condemnationem in pecunia numerata. Nimirum quamvis actionis potestate merx ipsa petatur: condemnation tamen fit ad æstimationem, vel propter faciliorem iudicati exequitionem, vel propter ciuilis libertatis immunitatē, vti iam supra discussimus. Hinc infert in iuditio stricto conditionis triticariæ æstimationem sumi debere à pretio mercis tempore condemnationis, & rei iudicatæ, quamvis charius, aut vilius vendatur illa non inelegantiatione. Nam si reus conuentus potest soluere mercē ipsam petitam ad tempus usque rei iudicatæ, si velit excusare condemnationem in pecunia numerata: oportet identidem iudicem, qui cū condemnat ni soluat mercem ipsam: æstimationem mercis inire ab illo tempore, quo si merx ipsa solueretur liberaret reū. Porro merce soluta ante condemnationis momentum liberaretur reus. Ergo ab illo tempore inēunda est æstimatio, quandoquidē ad illud usque tempus durat libertas in mercis soluendæ, tanquam actionis potestate non fiat nouatio mercis per litis contestationē; ne alioquin deterior fiat actoris conditio, argum. text. in l. aliam 29. ff. de nouationibus. Secūs omnino inquit, atque in iuditio cōdictionis certi. Cuius illa est cōdicio actoris intentione, ut in ipsa litis contestatione, petat quidem alternatiue mercē, aut æstimationem, ita tamēn ut lite iam contestata spiret libertas mercis soluendæ propter necessariam nouationem, quæ fie in iuditio, quæ mercem transserit in pecuniam numeratā, & æstimationem sui, namquè in iuditio noua contrahitur iudicati obligatio, Quo circa cōdicio certi est actio æstimatoria mercis se-

cundum locum, & tempus, quibus dari oportuit, l. viiiij. ff.  
de rebus creditis, l. quoties 59. cum leg. sequent, ff. de verb. obla.  
Nec profecto de utilitate loci, & temporis estimanda agi potest  
nisi per condicione certi petatur mercis estimatio. Ex qui-  
bus respondet ad obiectionem legis 3. ff. de condicione tritica-  
ria. Nimirum quod in iudicio condicione triticariæ sumatur  
estimatio mercis à tempore rei iudicata ex eo est, quia ad tem-  
pus usque rei iudicata durat libertas soluendi mercem ipsam,  
condicione triticariæ intentione, & potestate: Oportet autem  
ab eo tempore estimationem fieri per iudicis sententiam, quo  
res vere dari potest, ita ut liberetur reus: Adiubatur præterea  
hæc ratio; Ab eo tempore sumenda est estimatio mercis, quo no-  
uissime merx dari potest, l. si Kalendis 11. ff. de re iudicata, ac-  
qui tempus postremum, atque nouissimum, quo species petita  
dari potest, est monumentum quod praecedit rem iudicatam. Ex  
gò ab illo tempore sumenda est estimatio. Tandem concludit id-  
circò hominis per triticariā petiti, & post litis contestationē mor-  
tui estimationē sumi à tempore mortis, quia ad mortem usque  
durat libertas hominis soluendi: nam post mortem cadaver solui  
non potest, l. si homo 69. ff. de verb. ob. Utique pretium initur  
à nouissimo tempore quo dari oportuit, per rò mortis nouissi-  
mum tempus est, instans illud supremum spirantis, quod & vi-  
ta adscribimus, l. vltima, ff. de conditionibus institutionum,  
quia qui moritur animam agit viuendo.

Nec obstat Fabro text. in leg. vltima, ff. de condicione triti-  
caria, quo loci estimatio sumitur, vel à tempore, & loco si de  
illis conuenit, vel à lite contestata, si nec tempus, nec locus ad-  
iijciantur: nā respondet textum illum esse peregrinū, nec ad ti-  
tulum spectare de condicione triticaria, sed magis ad titulum  
de condicione certi, argum. text. in leg. viiiij. ff. si certum  
petatur, cuius eadem est sententia, eadem oratio; idemque fere  
in contextus. Sicut autem dubitar non potest, textum in d. l. viiij.  
loqui de condicione certi, non de triticaria; inditio rubricæ, cui  
subiacet, ff. si certum petatur, ita nec dubitari potest, text. in d.  
l. vltima. Cuius oratio atque sententia eadem est, peregrinum  
esse, loquique de condicione certi, non de triticaria. Vnde mi-  
rum nō est estimationem; inire Celsum à lite contestata, nam  
què

que in condicione certi, per quam petimus mercem, aut aestimationem sit nouatio necessaria in iuditio, atque species petita confessim transferitur in pecuniam numeratam, ita ut diutius merx solui non possit, facienda est igitur aestimatio à nouissimo tempore, quod est litis contestatae tempus. Hæc est noua Fabri sententia, per innumera errorum, atque conjecturarum capita sparsa, ad quam adegit eum Vlpiani durities, in leg. 3. ff. de conditione triticaria. Sed ne ingrata cunctatione, prolixam faciam disputationem: hanc sententiam elegantem quidem unico telo conficiam. Condictio triticaria ea est, inquam actoris intentione, atque actionis potestate merx venit ipsa, cuius soluenda libertas durat ad tempus usque rei iudicatae, cuius in iuditio nouatio non fit necessaria. Ergo per conditionem triticariam potest peti pecunia numerata; quia ut pecunia numerata veniat in quamcumque actionem satis est ipsam pecuniainpeti, corpusq; numerorum non eius aestimationem, quæ nulla est, l. 3. ff. de in litem iurando. Utique pecunia res omnes estimat corporales, & incorporales: ipsa non estimatur, aurum non estimat aurum. At qui pecunia numerata non venit in conditionem triticariam, leg. 1. ff. de conditione triticaria, ergo ex eo est, quia conditio triticaria non ea est, in quam species ipsa venit, immo ea in qua mercis aestimatio venit, alioquin veniret pecunia numerata, Vel in certe mihi responderet Faber.

Iam verò ne contrariarum actionū officia miscere, aut quod durius est transferre videamur, è vestigio contraest. Condictio triticaria quin immo illa est, in quam actionis, actorisque intentione deducitur mercis, aut speciei aestimatio, loco tamen, & tempore in consilium adductis, ut iusta aestimatio fiat, adeo ut prorsus triticaria cesset, nisi loci, vel temporis fiat commemoratio, textus sunt omnino diserti, in l. ultima, ff. de conditione triticaria, textus in l. quoties 59. ff. de verb. ob. text. in leg. vinum, ff. de rebus creditis. Neque obstat hunc tex. quem de triticaria interpretamur subiacere Rubricæ, ff. si certum petatur; nō enim inde strictim inferendum est, loqui de certi cōdictione. Nec profecto est ratio ob quam non peregrinari quadantenus videatur? Cur enim tex. in l. ult. de conditione triticaria peregrinabitur magis quam tex. in l. vin. ff. si certum petatur? cum potius

iuris ratio persuadeat, tēx. in l. vinūm, pertinere ad Rubricam  
 de condicione triticaria, rerum æstimatoria, leg. 1. & tota sic.  
 ff. eodem. Agitur enim in dicta l. vinum, id vino vel frumento  
 æstimando. Ad hæc condicō certi, illa actio est in quam non  
 æstimatio, sed merx ipsa, atque species ipsa deducitur vini vel  
 frumenti debiti, l. certum 6. ff. si certum petatur, quod adeo  
 strictim acceptum volumus, ut nec loci, nec temporis æstima-  
 tio veniat in condicōem certi. Quippe loci utilitas dūtaxat  
 venit; vel in actiones arbitrarias de eo, quod certo loco l. i. ff. de  
 eo quod certo loco: vel in condicōem triticariam, ex allega-  
 tis iuribus, diuerso tamen modo. Qua propter cum per condi-  
 cōem certi species ipsa petatur, detracta æstimationis men-  
 tione, ut satis insinuat certi condicōis nomenclatura, oportet  
 speciei soluendæ libertatem durare ad tempus, usque rati iu-  
 dicatæ, nec nouari per litis contestationem: præcipue si loqua-  
 mur de condicōe certi generali, quæ nascatur ex condicōe  
 triticaria, l. certi condicō 9. ff. de rebus creditis, ut infra  
 videbimus. Itaque libertas perseverat soluendi mercem si reus  
 velit excusare condemnationem in pecunia numerata, propter  
 faciliorem iudicati executionem. Quæ sententia Cuiat. est in  
 l. centum capuæ, ff. de eo quod certo loco, atque in paratilis ad  
 titulum Cod. si certum petatur. Consentit Andreas Kohl exer-  
 citatione legali 10. & sequenti. Quem, doctissimum alioquin  
 infestius insectantur Faber de erroribus pragmati decade 34.  
 errore 5. atque eius discipulus Schifor de Geirus, lib. 1. tra. 21. &  
 22. pertotum. Verum, ut perpetuum est de insectationis imbi-  
 dia, gloria prodit famosior: Tandem aduerto ex condicōe  
 triticaria oriri recte posse hanc certi condicōem, quæ ideo  
 prodita est, ut ex quounque contractu, vel obligatione eam  
 proponat creditor, ex mutuo, ex Stipulatu, ex legato, ex sent.  
 cons. Trebeliano, ex leg. Aquilia l. certi condicō 9. in princi-  
 pio, & §. 1. ff. si certum petatur. Sapientissime Bartolus, ibi,  
 quamvis Faber minutias captet decade 84. errore 1. 2. & 3.

Quibus de condicōe certi, atque triticaria verissime sup-  
 positis, Vlpiani quæstio, eo spectat, ut triticariæ condicōis  
 utilitatem, atque exeritium proponat. Factum tale est. Ad Ka-  
 lendas Augusti proximas, v. g. debebantur mihi ex mutuo;

21

frumenti modij centum: elapsæ sunt Kalendæ, nec interpellauit iudicialeiter, nec extra iudicialeiter. (Quæ interpellationes quantum differant huius inspectionis non est) cæterum ad sequentes Septembres Kalendas agere proposui. Hoc primum apud me explorabo, quid magis expediat, an triticaria, an certi condictione experiri? Et quidem si Kalendis Septembribus, charius frumentum est, omissa triticaria, experiar ut ilius per certi condictionem sine temporis commemoratione. Quia ratione plus consequar sine dubio, scilicet; vel frumentum ipsum quod charius est; cuius soluendi libertatem habet reus comuentus ad tempus, usque rei iudicatæ; si velit excusare condemnationem in pecunia numerata; vel aestimationem frumenti chariorem, quam inhibet iudex à tempore rei iudicatæ; & quia ad illud usque tempus potest reus se liberare frumenti solutione; & quia à nouissimo tempore quo frumentum dari oportet, sumenda aestimatio est. Verum si frumenti pretium exploratus comperero, vilius vendi, Kalendis Septembribus; omissa condictione certi, experiar per triticariam facta commemoratione temporis quo dari oportuit, scilicet mentione facta Kalendarū Augusti. Qua ratione plus saltem consequar, scilicet chariorem præteritam aestimationem, qua vulgo aestimabatur frumentum præteritis Augusti Kalendis, quibus dati oportuit. Quippe in condictione triticariam, non solum frumentum, quod modo vilius est sed aestimatio, cum relatione temporis, ex allegatis uribus. Idem actionis exercitium seruandum est in homine: nam si copia, servorum eos fecit viliores in Augusti Kalendis, petendus homo est, per condictionem certi, in Kalendis Septembribus; cæterū si inopia eos fecit pretiosiores, agendum est triticaria. Ex quibus Vlpiani sententia, atque triticariæ exercitiū apparent. Quippe, à tempore condemnationis, sumenda est aestimatio, ut inquit Vlpianus. Quod nō est strictum accipiendum, de condictione triticaria inquam solum venit pretium, ex loco, & tempore, sed de conditione certi, quæ specialiter oriatur, ex condictione triticaria. Quandoquidem ad hoc ut dictæ legis tertiae sententia spectet ad titulum de condictione triticaria, assatim, & abunde est loqui de condictione certi, quæ oriatur ex condictione triticaria, per quam conditionis triticariæ utilitas p̄cipua, atque

exercitium demonstratur. Utique nisi triticaria adiuvetur per condictionem certi. Actum est, non solum de gratia : verum etiam de pondere totius condictionis triticariæ. Plane hæc promiscua sunt. Ut lex vinum pertineat ad Rubricam si certum petitur satis est loqui de condictione certi, quamvis hæc oriatur ex triticaria, ergo ut tex. in l. 3. pertinet ad triticariam abunde est loqui de exercitio triticariæ, quod elucet, per condictionem certi.

Iam vero nequid relinquam inausum in hac tractatione illud animaduerto, videlicet, cautum, atque diligenter actorem recte experiri per condictionem certi, si forteā Septembribus Kalendis charius frumentum est. Cæterum cautum, & diligentem reum si moram ipse nou fecerit, in solutione frumenti sua die, recte excipere posse. Si per me non steterit quo minus, soluerem præteritis Augusti Kalendis. Cuius exceptionis ea est potestas, ut condictionem certi faciat triticariam, adiecta commemoratione foci, & temporis per modum exceptionis. Quia ratione minori pecunia condemnabitur; ea videlicet, qua frumentum æstimabatur præteritis Augusti Kalendis: quibus dari oportuit. Nec nouum certe est, ut altera actio in alteram desinat exceptionis vigore: namque quod fortius est actio stricti iuris, fit bonæ fidei actio, virtute exceptionis dolimali, l. Seia 42. ff. de mortis causa donationibus. Cuiatus pro Doroteo lib. 3. obser. cap. 17. & lib. 8. cap. 16. quamvis renitur Faber lib. 14. conjecturum, cap. 18. Præterea actio ex stipulatu, actio ex mutuo, actio ex testamento (qua origine sua stricti iuris est, leg. alias 6. ff. de in item iurando) frequentissime desinunt in arbitriatas speciales, l. 1. si heres 5. l. aut mutua 6. de eo quod certo loco dari oportet. Arbitriariæ autem nec bonæ fidei, nec stricti iuris actiones sunt, tex. est omnino disertus in l. 3. §. 1. ff. de usutis sapienter Faber in rationali, ad tex, in l. 1. & l. si heres 6. ff. de eo quod certo loco. Illud tamen necessario desideramus, ut reus expressè exceptionem opponat: alioquin non sicut insunt exceptiones bona fidei iuditij, ita & strictis, l. 3. ff. de rescinden. vendi. l. I. Iusmodi 84. §. 5. ff. deleg. 1. l. in bona fidei 36. ff. de peculio: facit tex. in l. 4. §. hoc iudicium 8. ff. de damno infecto. Brisonius de solutio. tit. de nouationibus, Donellus, lib. 16. omne. e. 13. & ibi,

§ II

Xibi, Osual. lit. H. Idē Donellus lib. 22. cap. 2. & Illigerus, lit. L. Cui, lib. 16. quæst. Papin. in l. Papinianus 14. ff. de publicana in rem actione. Ex qua postrema animaduersione, explicanda est ultima Vlpiani oratio in dict. 1. 3. ff. de conditione triticaria. Vbi docet, ex Marcelllo in iudicijs strictis conditionis triticariæ, sumendam esse estimationem à tempore moræ contractæ, quando deterior species vel homo factus sit. Cuius sententia non ille sensus est, vt à tempore moræ contractæ per lapsum diei sumatur estimatione rei deterioris factæ, si actor experiatur per conditionem certi generalem, quæ uscitur ex triticaria: quin immo sensus hic est, à tempore moræ contractæ per lapsum diei sumi estimationem, si vel actor experiatur per ipsam triticariam directam, vel reus excipiat de mora per creditorem commissatione sua frustratio ei prossit, l. hominem 37. ff. mandati.

Illud proculdubio me male diutissimè habuit in hoc dicendi genere: arbitramur nimirum estimationem speciei petitæ per conditionem certi, quæ oriatur ex triticaria incundam esse à pretio vulgari, quo speciem taxari oportuit tempore condempnacionis. Quod si verum est quid respondebimus rogo ad leg. ult. ff. de conditione tritica, & l. vinum 22. ff. si certum petatur? Quibus locis semel & iterum docent Celsus, atque Julianus estimationem speciei petitæ per conditionem certi, sumendā esse à tempore litis contestatæ, si neque de tempore, neque de loco conuenit nulla rei iudicatae facta mentione. Hic est nodus quæ plicant omnes, soluit nullus. Hæc illa difficultas, quæ ad iustissima crevit volumina apud Doneilū de rebus creditis, in d.l. 22. Apud Fabrem lib. coniecturarum 26. fere per totum, apud Andream Kohl. in legalibus exercitationibus. Inter quos contentiosum ducere funem: erit gloria deinceps. Distinguot tamen brebiter inter conditionem certi, quæ oriatur ex mutuo simpliciter dato, nec loco, nec die adiectionis; & conditionem certi, quæ oriatur ex mutuo cum adiectione diei & loci: & conditionem denique, quæ oriatur ex stipulatu, vel simili, vel cū adiectione temporis, & loci. Et quidē conditiones istas plurimum differre probo ferè eidēter collatio cōditionibus, ex mutuo, atque stipulatu (mutuo, scilicet, atque stipulatu) quibus locus adie-


adiectus sit. Nāque ad agendū cōdictione ex mutuo , extraneo  
loco in quo dari non conuenit , necesse non est descendere , ad  
actiones vtiles arbitrarias de eo quod certo loco dari oportet ,  
singularis textus , ita omnino intelligendus in l. hæres absens  
19. §. vlt. ff. de iuditijc cum Fabro de erroribus pragm. decade  
91. erro. 6. & 8. & ibi Bartolus. Ad agēdum autem condicione , ex stipulatu extraneo loco , in quo dari non cōuenit : necesse  
est omnino descendere ad arbitrarias vtiles de eo quod certo lo-  
co : ratio differentia . Mutuū contrahitur ex reali traditione , nō  
ex pacto , non ex cōuentione , l. 2. ff. de rebus creditis. Qua prop  
ter loci , & temporis adiectio non intrat substantiā mutui : quā-  
uis alioquim parere possit , vel exceptionem , vel actionem p̄aſ  
criptis verbis l. cum mora 6. cod. de transactionibus : Vnde cū  
nec locus , nec tempus mutui partes sint , recte ubique agitur cō  
dictione ex mutuo , quod tantum desiderat realem traditionem  
non desideratis , actionibus arbitrarioribz , vt extraneo loco vel tem  
pore agatur : Cæterum locus , & tempus partes sunt stipulatio  
nis , non minus quam species coimpræhensa l. 1. §. editiones , ff.  
de edendo. Cū enim vniuersa obligatio constet ex verbis , non  
inferior certè est stipulationis pars locus adiectus , quam species  
debita . Vnde quia stipulatio , nec tempus , nec locum egreditur  
descendendum est , ad arbitrarias , si extraneo loco agatur per  
condicione certi ex stipulatu , leg. 1. ff. de eo quod cer. loc.  
Nec me mouet tex. in l. ex mutua 6. ff. eodem tit. quippe repo  
nit rectissim è Faber ibi , stipulationem esse celebratam inconti  
nenter ad mutuū . decad. 84. errore 5. Ergo per tex. in l. 5. §. vlt.  
cum l. seq. ff. de nouationibz . Tam vero si tam manifesta di  
cretio est inter condicione certi , ex mutuo , & condicione  
certi ex stipulatu . Mirabimur ne vehementer , condicione  
certi ex triticaria diftere à condicione ex mutuo simpliciter  
dato : atque à cōdictione ex stipulatu , cui adiiciatur , vel detra  
hatur dies certa , certusque locus ? Porro huius condicione spe  
cialis natura est , vt species petita non transeat in causam iudica  
ti per litis contestationem , nec eius obligatio transfundatur in  
pecuniam numeratam per susceptionem iuditij , vt hac ratio  
ne iudex faciat estimationem à tempore cōdemnationis , quod  
nouissimum erit mercis soluenda . Specialitatis ratio est quia

condictionem certi ex triticaria, ipsam triticariam, condictionē  
ex æ quo sapere, & ciuile & naturale est, quoniā subrogatum,  
principalis sapit natūram, l. si quis 10. §. qui iniuriarū, s. si quis  
cautionibus, l. in duobus 28. §, exceptio, s. de iure iurando. At  
qui condictionis triticariæ perpetuum est, maiorem actoris uti-  
litarum inspicere sumendam ex leco, & tempore). vinum, s. si  
certum petatur, l. quoties 59. ff. de v. oblig. Ergo si ex re atque  
negotio actoris fuerit maiorem affectare utilitatem, prætermis-  
sa loci, & temporis opportunitate, forteā quia iam post lapsum  
diei charius frumentum est, consulendum ei est per eam actionē,  
cui insit utilitas desiderata, ex alio tempore capienda; videlicet  
ex tempore rei iudicatæ: ne aliquim elangueat triticariæ cōdi-  
ctionis intentio, cuius proprium est maiorem actoris utilitatem  
inspicere, captandam ex tempore opportuniore.

Quæ ratio (si nihil vrgētius me remoraretur) peræquè pro-  
bat in iudicio condictionis certi ex triticaria, speciei æstimatione  
nisi sumi à tempore cōdemnationis, si hoc opportunū est, vel  
à tempore litis cōtestatæ, si opportunius hoc est. Qua via satis  
probabiliter conciliarem. Vlpianum, qui tempus desiderat cō-  
demnationis, si opportunum est, & Celsum qui cū Iuliano, &  
Sabino desiderat tempus accepti iudicij, si hoc opportunius est.  
Exemplo actionum bonæ fidei, diuersa tamen ratione; nempe in  
iudicijs bonæ fidei, quia æquius, & melius est omnem actoris  
utilitatem in æstimationem venire, adsumimus cum Pomponio  
supræmum tempus rei iudicatæ, vt facile regrediamur ad tem-  
pora breuiora, contractus, moræ, litis denique contestatæ. Hic  
vero adsumimus cum Vlpiano ex Seruio supræmū tempus cō-  
demnationis, vt facile regrediamur cū Celso Iuliano, atq; Sabi-  
no, ad litis contestatæ tempus; non quia æquius, & melius est  
omnem actoris utilitatem in æstimationem adducere. Quinim-  
mò, quia strictum, & rigorosum est condictionem certi nascen-  
tem ex triticaria actori resarcire maiorem utilitatem capien-  
dam ex tempore, quæ iam non venit in triticariam directam,  
propter utilitatem speciei, eo tempore quo dari oportuit. Ne-  
que hoc spectat ad relati inuriam: Conqueratur enim de se ipso, si  
moram ipse contraxit, aut excipiat, si per me non steterit, quominus  
sua die soluerem, mora per creditorem contracta. Illud saltem inficia-  
bitur

bitur nemō comparationem hanc, strictissimam habere rationis analogiam. Verumtamen quominus hic subsistat, incuntanter illa ratio facit, quod Celsus, atque Julianus mentionem facientes condictionis certi in allegatis iuribus, non loquuntur de cōdictione certi ex triticaria, sed de condictione certi ex mutuo simpliciter dato. Patet ex verbis utriusque, si dē die nihil conuenit inquit Celsus, quanti tunc est cum iudicium acciperetur Julianus, si dictum est, quo tempore redderetur, quanti tunc fuisset, si non quanti nūc cum petitum est. Iam verò si nihil de loco, & tempore conuenit, cessat triticaria rerum æstimatoria ex loco, & tempore, atque certi itidem cōdictione ex illa. Ergo Iure consulti mentionem facientes condictionis certi, non loquuntur de condictione certi ex triticaria, immò illam omnino distingūt. Quod sapienter notauit Faber, aduersus Cuiacium, & Andream Kohl. decade 84. erro. 4. in fine. Qua propter satius est dicere condemnationis dū taxat tempus considerandum esse, propter supra dictam rationem: si loquamur strictim de condictione certi ex triticaria cum Vlpiano in d.l. 3. ad differentiam certi ex mutuo simpliciter dato, vel ex stipulatu simpliciter contracto, vt loquitur Papinianus in nostra leg. fundum 28. ff. denouationibus. In qua idcirco consideratur tempus litis contestatæ ad incundam fundi Corneliani æstimationem, quia noster Papinianus loquitur de condictione certi ex stipulatu simpliciter contracto, vel de actione directa ex stipulatu. Quātumuis disentiat Cuiatius, qui arbitratur Iure consultum loqui de condictione triticaria, in quam fundus etiam venit, quod falsum esse puto, quia nulla est apud Pa- pianum loci, vel temporis commemoratione.

Non ea mihi est ingenij fidutia, vt credam difficilem scopulum me traieciisse, naue non impacta; in quem rarus est Doctorum, qui non naufragetur, propter condictionis triticariæ natu- ram, altam certè, atque in libris digestorum sincerè obscuram Peccauerim: esto: nouitatis veniam exoro, largiendam facile, & quia rei familiaris inopia, librorum copiā non suppeditat, vnde meliora sumantur, & quia bicephalū horarum angustiæ nouilissimam disputationem ægerrimè capiunt.



*UVIA. BHSC. LEG 16-1- n°1229*

HTCA

U/Bc LEG 16-1 n°1229



5>0 0 0 0 5 8 2 0 2 8

UVIA. BHSC. LEG 16-1- n°1229